Caſtañeaſqȝ nũces.mea qũas anmarillis amabat
Addam cerea pruna:et honos erit huic quoqȝ pomo
Et vos o lauri carpam:et te proxima mirte.
Sic poſite.quoniam ſuaues miſcetis odores
Ruſticus es coridon.nec munera curat alexis
Nec ſi muneribus certes concedet iolas
Eheu quid volui miſero mihi.floribus auſtrum.
Perditus.et liquidis immiſi fontibus apros
Quem fugis:ah demēs:habitarunt dij quoqȝ ſiluas
Dardaniuſqȝ paris.pallas quas condidit arces
Ipſa colat.nobis placeant ante omnia ſilue
Torua leena.lupum ſequitur lupus ipſe capellam
Florentem citiſum ſequitur laſciua capella:
Te coridon o alexi.trahit ſua quenqȝ voluptas
Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci:
Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras
Me tamen vrit amor.quis em̄ modus adſit amori:
Ah coridon.coridon que te dementia cepit:
Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt:
Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget vſus